

ordinis et coetus studia et opera ad hunc specialem finem dirigendo et provehendo prospiceret.

Nunc vero haec Sacrorum Purpuratorum Commissio sub novis faustisque auspiciis Sanctae Matis Ecclesiae celesti Sponsæ et Capiti perenniter juncta et post brevem yduitatis luctum altero visibili sposo et capite jucunbe decoratae, communia complurium Pastorum et fidelium vota humilesque preces Apostolice Sedi reverenter porrexit. Quas a subscripto Sacrae Rituum Congregationis Secretario relatas, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X pro eo quo erga Deiparam Virginem studio et amore flagrat, benignissime excipiens indulxit ut, decurrente anno a proximo die festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. computando, die octava ejusque mensis, vel justis de causis, Dominica eam immediate sequente, in Ecclesiis aut Oratoriis ubi, approbante loci Ordinario, quedam exercitia pietatis fiant in honorem B. Mariæ Virginis Immaculatae preparatoria quinquagenariis solemnis enunciatae dogmaticæ definitionis, unica Missa votiva, sive eaur cantu sive lecta, de ipsius Sanctissimæ Virginis Immaculata Conceptione celebrari valeat cum eisdem privilegiis que competitunt Missæ votivæ solemnii pro re gravi et publica Ecclesiae causa juxta Decretum n. 3922 "De Missis votivis 30" Junii 1896, quæque concessa fuerunt Missæ votivæ de S. Corde Jesu pro prima feria sexta unius ejus que mensis ad normam Decreti n. 3712 "Urbis et Orbis" 28 Iunii 1889 et subsequentium declarationum: ita ut hujusmodi Missa dicatur cum "Gloria" et "Credo" et unica Oratione, et dummodo non occurat festum duplex primæ classis aut Dominica item primæ classis, aliquod festum ejusdem B. Mariæ Virginis, Feria, Vigilia aut Octava ex privilegiatis: in quibus solummodo commemorationi fieri poterit per Orationem Missæ votivæ post Orationem Missæ de die, sub unica conclusione.

Insuper eadem Sanctitas Sua supplici postulationi plene cumulateque satisfaciens hoc etiam liberater concessit, ut in præfatis Ecclesiis aut Oratoriis, præter memoratam Missam votivam qualibet die octava mensis vel Dominica proximi sequenti indultam, cæteris Missis tunc addi possit commemorationi Immaculatae Conceptionis B. Mariæ Virginis ad instar